


**Disco 19 – Extra tekst: “Senex in foro”**



Non tam multis annis postquam Brutus urbem liberavit, senex ex agris in Forum venit et ibi ad terram cecidit. In corpore eius multa vestigia belli et laboris erant: vestes sordidas, magna vulnera habebat et in capite comam et barbam longam.

Homines senem videntes ad eum cucurrerunt et rogabant: “Quis es tu? Quid tibi est?” Vocem eius respondentis audire autem non bene poterant. Sed subito unus ex eis exclamans dixit: “Heus! Hic vir dux meus fuit! In bello cum Sabinis milites ducens fortiter pugnavit! Ille multos Romanos in bello pugnantem servavit!”

Alii exclamantes rogaverunt: “Sed cur is nunc hic in Foro iacet?! Ssst, tacete vos omnes! Dic nobis, senex, quid tibi factum est?”

Ille se movere vix poterat, sed post breve tempus tamen in terra consedit, et tandem lacrimans narrare coepit: “E bello domum reveniens, vidi hostes agros meos delevisse. Cibus e terra mihi non iam venit. Hostes villam incendentes mihi nihil reliquerant.

Pecuniam nullam habebam; senatores autem me iuebant pecuniam eis et rei publicae solvere. Tunc terram et villam meam vendi; nondum satis fuit; tandem senator iste, me servum faciens, in agris sibi laborare me coegit. Neque bene me curavit: saepe me

**sordidus** = vuil  
**coma** = hoofdhaar  
**barba** = baard

**videntes**, gen. **videntium**  
= qui videbant, dum vident  
**respondens**, gen. **-dentis** =  
qui respondit, dum respondet

**factum** = gebeurd

**pecunia** = geld  
**solvere** = betalen

**vendere** = verkopen

laborantem verberavit. Sic itaque res publica colit virum, qui in bello fortiter pugnans patriam suam defendit.”

Homines circum senem stantes valde irati fuerunt. Et alii Romani, qui servi erant propter aes alienum, auxilium civium petebant.

Cives ad curiam advenientes clamantes rogaverunt senatores illos servos iuvare. Senatus autem diu nihil faciebat.

Mox etiam senatus populo nuntiavit bellum appropinquare cum Volscis. Plebeii nunc autem pugnare volebant: “Si senatus nos non iuvat, nos senatores non iuvamus.” Cives se in Montem Sacrum receperunt. Quid senatores facere nunc poterant?

**verberare** = *afranselen*

**aes alienum** = *schuld(en)*



***Secessio Plebis***